



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Venerabilis Thomæ A Kempis Can. Reg. S. Augustini. De  
Imitatione Christi Libri Quatuor**

**Thomas <von Kempen>**

**Augustæ Vindel., 1772**

Caput VI. De lætitia bonæ conscientiæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45780](#)

C A P U T VI.

*De lætitia bonæ conscientiæ.*

I. **G**loria boni hominis, testimonium bonæ conscientiæ.

Habe bonam conscientiam, & habebis semper lætitiam.

Bona conscientia valde multa potest portare, & valde læta est inter adversa.

Mala conscientia semper timida est & inquieta.

Suaviter requiesces, si cor tuum te non reprehenderit.

Noli lætari nisi cum benefeceris.

Mali nunquam habent veram lætitiam, nec internam sentiunt pacem: quia nun est pax impiis, dicit Dominus.

Et si dixerint: *In pace sumus, non venient super nos mala:* Et quis nobis nocere audet? ne credas eis; quoniam repente exurget ira Dei, Et in iustus, nihilum redigentur actus eorum, Et cogitationes eorum peribunt.

100 *De Imitatione Christi*

2. Gloriari in tribulatione non est  
grave amanti: sic enim gloriari, est  
gloriari in Cruce Domini.

Brevis gloria, quæ ab hominibus  
datur, & accipitur.

Mundi gloriam semper comitatu  
tristitia.

Bonorum gloria in conscientiis  
eorum, & non in ore hominum.

Justorum lætitia de Deo, & in  
Deo est: & gaudium eorum de ve  
ritate.

Qui veram, & æternam gloriam  
desiderat, temporalem non curat.

Et qui temporalem requirit glo  
riam, aut non ex animo contemnit  
minus amare cœlestem convincitur.

Magnam habet cordis tranquillitu  
tem, qui nec laudes curat, nec v  
tuperia.

3. Facile erit contentus, & paci  
tus, cuius conscientia munda est.

Non es sanctior, si laudaris, ne  
vilior, si vituperaris.

Quod es, hoc es: nec major di  
vales, quam Deo teste sis.

Si attendis, quid apud te sis intus; non curabis, quid de te loquantur homines.

*Homo videt in facie, Deus autem in corde.* Homo considerat actus, Deus vero pensat intentiones.

Bene semper agere & modicum de se tenere, humilis animæ indicium est.

Nolle consolari ab aliqua creatura, magnæ puritatis, & internæ fiduciæ signum est.

Qui nullum extrinsecus pro se testimonium quærit, liquet, quod totaliter se Deo commisit.

*Non enim, qui seipsum commendat, ille probatus est ( ait B. Paulus ) sed quem Deus commendat.*

Ambulare cum Deo intus, nec aliqua affectione teneri foris, status est interni hominis.

### C A P U T VII.

*De amore Jesu super omnia.*

I. **B**eatus, qui intelligit, quid sit amare Jesum: & contemnere seipsum propter Jesum.

F 3

Opor-